



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/321491>

# THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

OTTO D'AUMALE VAN ROMOND<sup>T</sup>,

e vico Zeist.

DIE XXII. M. JUNII A. MDCCXLIX, HORA II.

---

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCXLIX.



---

---

---

## I.

**M**inus probanda est definitio libertatis, quam proposuit  
Cl. VANGEROW, quod sit dominium in proprio corpore.

## II.

Usurarum obligatio per longum tempus constitui nequit.

## III.

Non probandum, quod ZIMMERN dicit (R. G. 3, pag. 320) restitutionem propter dolum non aliter fieri, quam per exceptionem vel replicationem doli.

## IV.

In L. 26 pr. D. de conducti indeb. usurae indebitae solutae condici nequeunt, *quia sorti imputantur.*

V.

Minus probandum, quod in art. 1186, §. Indien de huurder, privilegium conceditur locatori ex ratione partis conductae, et non mercedis.

VI.

Locatori invecta et illata illius, cui conductor gratui-  
tam habitationem concedit, non tenentur.

VII.

Prodigus liberos naturales agnoscere potest, sine con-  
sensu curatoris.

VIII.

Ex art. 341, C. C. post legitimationem agi nequit.

IX.

In art. 164, C. C. non adeo de auctoritate a marito  
uxori praestanda, sed potius de tacito mariti mandato agitur.

X.

Mater non indiget auctoritate mariti, ut filio prioris  
tori uxorem ducenti, possit consentire.

XI.

Mercator propter debita, quae mercaturam non spec-

tant (debita civilia) decoctor a judice pronuntiandus non videtur.

XII.

Usurae praemii in foenere nautico omnino peti possunt.

XIII.

Art. 321, § ult. C. M. intelligendus est, de actione propter damna *ante* derelictionem facta: si post derelictionem datum est, omnino creditores, quibus navis cessa est, contra adsecuratores agere possunt.

XIV.

In art. 243. C. M. terminus triginta dierum adjici debuisse.

XV.

Minus probandum, quod infanticidium semper morte punitur, nec distinguitur an a matre vel ab extraneo commissnm sit.

XVI.

Socii adulteri puniri nequeunt.

XVII.

Judici omnino licet, detrectare applicationem legis, quae legi fundamentali contraria sit.

XVIII.

Gratia invito obtrudi potest.

XIX.

Qui volentem occidit delictum quidem, nec vero crimen admittit.

XX.

Eleganter dicit GUIZOT (*de la Démocratie en France* chap. 6): Un peuple n'est point une immense addition d'hommes, tant de milliers, tant de millions, comptés dans un certain espace de terre, et tous contenus et représentés dans un chiffre unique, qu'on appelle tantôt un Roi, tantôt une Assemblée.

---